Handschrift

Seite 56r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Interea iuuenis ille sctissimi corpis reliquias dili-
genter perquirens. omnes illibatas inuenit quas alter
de pbris in bombicino indumento sui corpis recepit.
Ceteri uero sociorum cupiebant tollere etiam inde unam miri-
ficam yconam ad similitudinem sci Nicolai depictam. sed
non concessum est eis implere uoluntatem suam. Unde datur
intelligi quod illam ciuitatem et pplm penitus non dimiserit
confessor xpi qui per testamento eterne puisionis concessit eis
sacrum liquorem cum cineribus sui corpis pariter et sacram
tabulam sue imaginis. Varenses autem gauisi super tantam
dei bonitatem. subito arreptis armis simulque sco corpe
altero de pbris super humeros // illud portante reuersi sunt // suos
ad suas naues magnalia dei laudantes. Quorum uoces
laudancium deum audientes socij eorum occurrerunt illis de
statione nauium. et fit commune gaudium atque tripudium.
pro eo quod dns uirtutum et rex glie dignatus sit coronare ua-
renses tanto tamque pio pastore. et certe plurimas ibi fude-
runt lacrimas in illa die agnoscentes se indignos tanta
dei frui bonitate.

Hec ubi nota fiunt ciuibus et pplo terre ab his quos
dimiserant uarenses libera abeundi facultate. / data
primo quidem incredibile uidetur pro tante rei
maiestate. deinde explorata ueritate repleti
sunt stupore et extasi in eo quod contigerat illis. quod amise-
rant reliquias proprij pastoris. et plorabant miserabili
modo eiulantes atque assidue proclamantes. Agyos agyos
agyos Nicolae. cur nos oues pascue tue deseruisti pa-
stor egregie. Quis alienus deinceps miserebitur nri cum
tu prius pater et dns subtraxeris nobis solacium
tui patrocinij. Quem iam inuocabimus pro pctis et neces-